UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

**Aufréri, Étienne**

**Leodii, 1702**

10 Fallentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63069

Visual Library

*gem ponere ſuperiori, Vide Francum in cap. Ex inſinuatione.* 50 *& in cap. perſonas.* 4 *de appel. lat. ubi novem modos præfigendi terminos appellantibus proponit. Mattheus Boyß Doctor.*

## 10 Fallentia.

Decimo fallit in Laico arbitratore, quia talis cognoſcere poterit de uſura, etiamſi quæſtio juris, ita voluit *Pe, de Ancha, conſil,* 33 *& conſil,* 98 dicens. *cap, contingit, de arbit,* non procedere in arbitratorem. *Sicu, conſi,* 64 *ver. item iſti fuerunt arbitratores,*

## 11. Fallentia

Vndecimo fallit in crimine adulterij, in quo ſi agatur ad pœnam ſanguinis, ſecularis tamen eſt Iudex, *cap,* 9, *Sententiam, Ne Cle, vel Mo, & l, quamvis. C, de adulte, de procurato, cap, tuæ,* & ſic intelligitur *cap, rex debet,* 23 *qu,* 5, Si vero ageretur ad aliam pœnam, puta detruſionis in monaſterium, tunc etiam ſecularis eſt judex: ut *in authen, ſed hodie, C, de adul,* Licet executio pertineat ad judicem Eccleſiaſticum, quia ſecularis non habet monaſterium, *arg. in ſil,* 2, *q,* 6, *biduum verſe ſi quidem, & ff, de interdict, & rele, l. inter pœnas,*

De Eccleſiaſtico eſt dubium, & dependet à cap. gaudemus, de divortijs poſſet tamen dici quod quatenus agetur ad aliam pœnam citra ſanguinem etiam ipſe ſit competens contra Laicum ad hoc, *cap.* 1. *de offi. ordi. &* 32 *qu.* 1. *cap. de Benedicto*, quia per adulterium peccatur in matrimonium, quod eſt unum de ſeptem ſacramentis Eccleſiæ, & poteſt Eccleſia imponere pœnā ignominioſam, ut incidere capillos, & pannos ante & retro, ut moris eſt in quibuſdam locis, pro quo bona glo. *in præalleg. cap. de Benedicto*, juncto ibidem textu,

& facit